

2277

A S C E T I C I.

2278

neri Bibliotheca, quae etiam alios labores literarios a *Philippo Dobreiner* S. T. D. et Canonico *Monacensi* susceptos enumerat. His adde e Bibliotheca nostra Palat. Ant. *Hemertii* traductum *Christlichen Trostspiegel*. *Dilling.* 1565. 8. et *Conclave Animae*. *ibid.* 1570. 8. quod est *Blossii*. Quod teste *Gesnero* contra *Viretum* de sacrificio *Miffae* scripsit Opusculum, germanice insignitur: *Der Caluinisten Kebrab*. *Μεταφρασιν* nostrum etiam *Cod. CCCCLXXV.* reperies.

DXCIX.

⁶⁷⁰ Codex chartaceus hisp. Sec. XVI. Folior. 142. 4. manu difficili et fortasse feminea exaratus constat *Epistolis XLII.* five potius Documentis ad Vitae christianae Perfectionem opportunis, nullo certo ordine digestis, ut ex inscriptionibus liquet, quarum I. est: *Consideracion de donde procede el temor de la muerte en las personas pias y que es sennal de predestinacion contentarse el ombre, que aya otra vida.* II. *Avisos para no sentir las enfermedades corporales.* III. *Con que intento se a da yr a la santissima comunion.* IV. *La doctrina de la prudencia umana acerca la providencia de Dios aze a los ombres impios, y que la doctrina del spiritu sancto los aze pios &c.* Postrema est: *Que solos los pios sienten la tentacion a que fin son tentados, con que generos de tentaciones, y como se ban de gouernar en ellas.*
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

Fortassis ad *Teresiam Virginem*, aut *Johannem a Cruce*, aut *Joh. de Avila* pertinent, sed nulla Personarum, Locorum aut Temporum adfunt indicia, neque inter horum Scripta, quae typis vulgata sunt, censentur.

DC.

Codex chartaceus hisp. Sec. ⁶⁴⁸ XVI. Folior. 438. 4. complectitur sequentia: I. *Dialogos* IV. Morales, quorum Primus inscribitur: *Comiença el Primer Dialogo. Entre los dos studiantes Prudencio y Didimo, que es el, que quedo comenzado en la Primera parte desta Obra. Estos dos Estudiantes aviendo mirado lo que avian de tratar, cuenta cadauno lo que ha visto y ballado en la Torre de David, y asi sennala Cadauno dellos el estado aque mas se afficiona, declarando en esta Platica muchos Pasos dela Sagrada Scriptura.* Ex hac porro Inscriptione conficio Codicem hunc secundam esse Partem Operis dicti *Turris David*, cujus Autorem reperio *F. Hieronymum de Lemos Segoviens.* O. S. *Hieron. Coenobii del Parral*, qui illud latine compositum morte a. 1563. praeventus teste *Nic. Ant. Bibl. Hisp. Novae* T. I. p. 445. in schedis reliquit, a quodam dein Sodali ejus *Hieronymiano* hispanice redditum, maleque, ut idem ait, consutum typis vulgatum *Salmanticae* 1567 et 1578. 8. Sodalis hic fuit *F. Balthasar de Toledo* Vicarius memorati *Coenobii*,
Y y y